

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Censvra A[dm.] R.P. Magistri P. Francisci de Araujo Ordinis Prædicatorum  
Primæ Cathedræ Theologiæ Moderatoris in celeberrima vniuersitate  
Salmanticensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

## APPROBATIO

R<sup>4</sup> A<sup>d</sup>m. P. M. F. Didaci de Campo ex Ordine D. Augustini, Qualificatoris Generalis Inquisitionis, nec non in Archiepiscopatu Toletano Examinatoris.

**H**X commissione D. Ioannis de Velasco, & Azeudo, Vicarij Generalis in hac aula Regia, vidi Cantica inter animam & Iesum Christum Dominum, quibus Religiosissimus P. F. Ioannes à Cruce sui spiritus vigore, spiritibus nostris voluit imprimere communicationem cum Deo, opus sane tanto viro dignum, quodque ad sc̄culi huius temporis inflammandum sufficiat. apud S. Philippum Matriti, die 22. Decembris 1618.

Fr. Didacus de Campo.

## CENSURA

A<sup>d</sup>m. R. P. Magistri F. Francisci de Araujo Ordinis Prædicatorum Prima Cathedra Theologiae Moderatoris in celeberrima vniuersitate Salmanticensi.

**H**Egit opera spiritualia à V.P.F. Ioanne à Cruce Primo Carmelita Discalceato composita, in quibus nullam propositionem reperio non Catholicam, & quæ Theologiae Scholasticae Sanctorumque Patrum doctrinæ conformis non sit, (stancum abest, ut Illuminatorum hæreticorum doctrinæcō sentiat) tametsi ex eo quod non omnes Theologiae Mysticæ terminos, ac phrases intelligant in causa sit, vt in ea parum versatis quodammodo discrepare videantur ab illa. Ceterū quod Myistica hæc Theologia, sit sapientia secreta & abscondita, prout ipsemet Author docet lib. 2. c. 8. Ascens. mirum non erit, si non omnes illius phrases percipient: nec idcirco fas erit illas improbare: Quemadmodum licet sacrae Scripturæ Parabolæ arcyanum veritatis Mysterium insipientibus & minus dignis celent, non propterea, tanquam inutiles, & veritati repugnantes eas reprobare licet, vt ait D. Thom. p. i. c. i. ar. 9. ad 2. & ipsa etiam occultatio figurarum virtutis est ad exercitium studiosorum, & contra irrisiones infidelium, de quibus S. Matth. 10. Nolite sanctum dare cambiu &c. quas merito Salomon Prou. 25. iuxta Galatini versionem appellavit, mala aurea in camellaturis argenteis, verbum dictum secundum ambas facies, nam sicut in istis desiderio rantium cernitur aurum, ita in parabolis, verus sensus difficile cognoscitur; quod idem evenit in Mysticis locutionibus: nisi forte dicamus, Theologis rite dispositis esse lapidas: Quorum Scholastica Theologia:

†† 3

gia:

B.  
Ioannis  
à Cruce

Opera  
Mystica

VI  
124

gia horum librorum Mysticam non debet reputare contrariam: ni velint veritatem in parabolis damnare, & aurum in cancellaturis argenteis despicer; mannaque cœleste, eo quod paucorum solitariorum, & à mundi Ægypto segregatorum cibus sit, fastidire. Cum autem absurdâ hæc minime debeat admitti, multo minus damnare decet prædictasphrates, & Mysticæ Theologiæ locutiones, quas Author spiritu simul & eruditio insigni in hilic libris usurpat cum utilitate multorum: ita Censo. Saluo meliori iudicio.

In Collegio S. Thomæ Matriti 12. Iulij 1623.

M. Fr. Franciscus & Araujo. &c.

## CENSURA

P. Fr. Ioannis Pontij Legionensis, Theologia Professoris ex sacro ordine Minimorum, Consultoris, & Qualificatoris in Regio Senatu suprema ac uniuersalis Inquisitionis.

 Vbente Cels. V. lustrauit opera Spiritualia à sancto & Mysticō Doctore V. P. F. Ioanne à Cruce primo Discalceato Illustrissima Religionis B. V. de Monte Carmelo edita; vna cum delineatione vitæ eius & introductione ad hæc eadem opera per R. Pat. Ft. Hieronymum aucto Iosepho Historiographum meritissimum, eiudem ordinis composita: Cuius florentissimæ reformationis meminisse videtur D. Ambrosius. sermone 83. his verbis. *O hereditas certe pretiosa, in qua plus relinquitur quam habetur, plus consequitur qui accipit, quam posideat qui largitur; pretiosa plane hereditas, qua dum à Patre transfertur ad Filium; meritorum quoque favore duplicatur. Hi ergo præclarissimi filij S. Eliam parentem suum confitentes, etiam Mysticum hunc Doctorem F. Ioannem à Cruce obseruantis suæ Restauratorem agnoscunt, qui ob præclara sua scripta, iure & iustitia Mysticæ Theologiæ Doctoris Eximij nomen sibi vindicat. Siquidem de hac lapida scientia, teste S. Ambrosio epist. de dedicatoria in Apologia Davidis, nemo loqui potest nisi qui scripturas omnes penitus excuscerit, imbibiter, concixerit, tantoque r̄su contexerit, ut in naturam abiisse videatur; prout tradidit D. Anastasius Nicenus q. 78. dum explicat c. 13. S. Matth. loquens de illo qui ad proximorum emolumenū libros euulgat. Per laboriosam (inquit) diuinarum Scripturarum lectionem sibi recondit thesaurum veterū, & noui testamenti, & ex eo exprimit tempore disputationis, quod ruinum in modum exequitur Mysticus Doctor S. P. F. Ioannes à Cruce, in librorum suorum canticis Mysticis, ē quibus eiusmodi diuini amoris radij prodeunt, vt tam hoc nostro, quam etiam alijs futuri seculis, de ipsis vere dici possit, quod de alijs similibus sanctissimi cuiusdam viri libris protulit Magnus Isidorus Pelusiota lib. 4. Epist.*

Quem.